HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh. Seite 22v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



omnes qui ab hereticis sunt reperti. parit̄ colligatos & fugisse
longissime. dicente dn̄o. qui n̄ est mecū. contra me est. & qui
mecū n̄ colligit. spargit. Vnde de moyse d̄r. Adppinquauit
moyses solus ad d̄m. ceteri u̅ n̄ adppinquabant. Deus enī
scīs suis. d̄s adppinquans est. & non de longe. dicit dominus.
Propterea dixi. recedite a me. amare flebo. Nolite incūbere ut con
solemini me sup̄ uastitatē filię populi mei. dies enī intfecti
onis & c̄culcationis. & fletuū d̄no deo exercituū. in ualle ui
sionis. scrutans murū. & magnificus sup̄ montē. lxx. Prop
terea dixi. Dimitte me. amare flebo. Nolite contendere ut
consolemini me sup̄ c̄tritione filię generis mei. quia dies
tumultus & p̄ditionis & c̄culcationis & error ad n̄o sabaoth
in ualle syon. Errant a minimo usq; ad maximū. errant
sup̄ montes. Et samuhel plangebat saul. & d̄ns atq; salua
tor flebat ierusalem. & apostolus scribit ad corinthios.
Necū rursus uenero ad uos. humilie me d̄s & lugeā mul
tos qui ante peccauerunt. & n̄ egerunt penitentiam. Un
de con patientis affectu & ad alios loquitur. Quis infir
matur. & ego n̄ infirmor. Quis scandalizatur. & ego
n̄ uror. igitur & ppheta uidens pp̄lm quond̄a uisionis
uana tecta conscendere. & in clamore uersari. cunctosq;
principes fugisse & ligatos esse uinculis peccatorū. erūpit
in lacrimas. & abigit consolantes. & fletu amarissimo se
flere testatur. n̄ sup̄ filios. s; sup̄ filias populi sui quę uirilita
tis p̄didit dignitatem. Dies enī iudicii & perfectionis & c̄culca
tionis. Nequaquā erit ierusalem quę int̄pretatur uisio pacis.
sed antiqui nominis iebus quę interpretatur c̄culcatio. fle
tū quoq; siue errores ut lxx transtulerūt ad n̄o sabaoth.
n̄ q̄d fletus & error ad n̄o sit. sed p̄ occasionē scārum scriptu
rarū quas d̄ns legendas dedit. illis nascitur erroris occasio
qui possunt dicere. Quare nos errare fecisti d̄ne a uia tua.